

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Correctio bz
cum fontibus proximo et primo

Ita peccat qui uidet fratrem peccare et tacet,

sicut qui penitenti non indulget.

Nam qui dixit si peccauerit, dimitte;
premisit, si peccauerit, increpa,

ne difficilis sit uenia et remissa indulgentia.

Rabanus super illud Matthei XVIII.: Si peccauerit in te
frater tuus.

Si peccauerit in te....

Ita peccat qui uidens fratrem peccare tacet:

sicut qui penitenti non indulget.

Nam qui dixit. si penitet dimitte:
premisit si peccauerit increpa.

Nec difficilis sit uenia: nec remissa indulgentia.

Glossa ordinaria, liber euangelii secundum Mattheum,
18.15 (Biblia Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed.,
Strassburg, 1480).

Qui ergo fratrem uidens peccare tacuerit,
non minus Dominici praecepti transgressor est quam is,
qui eidem paenitenti ueniam dare noluerit,
quia qui dixit: ‘Si paenituerit, dimitte’,
praemisit: ‘Si peccauerit, increpa’.
Itaque uenia fratri post increpationem largienda est,
sed illi utique, qui se paenitendo ab errore conuertit,
ne uel difficilis uenia uel remissa sit indulgentia.

Rabanus Maurus, *Expositio in Mattheum*, 5
(CCCM 174A, B. Löfstedt ed., p.499, ll.63-69).